

Adnotatio.

In praecedenti conspectu procentuali paroeciarum exhibentur parochiae cum regulares tum aliae a Franciscanis hodie administratae. — In dioecesi spatatensi 16 parochiae regulares Prov. SS. Redemptoris cum 23.510 animarum ob penuriam religiosorum clero saeculari provisae sunt modo prout supra p. 216ss dictum est. Item eodem modo et ob eandem rationem in dioecesi sibenicensi 3 parochiae regulares hujus provinciae SS. Redemptoris cum 3.190 animarum a clero saeculari nunc quoque administrantur. De paroeciis vero in dioecesi antibarensi a Franciscanis albanensibus vel italis administratis hic nobis sermo non est.
